

(3) per artificiosam productionem, non etiam (4) per intentionalem operationem; sed (5) illam, quæ per creationem fuit in Protoplatis, quæ *Castanæo* dicitur in ago imitationis, forsitan vi etymologiae, quam *Biel* sic notat, *Imago* dicitur quasi *imitago*, sit enim ratione Exemplaris sive Prototypi. Inter Imaginem autem & Exemplar omnino in proportionio esse debet, quum hæc IV. Requisitorum imaginis unum sit. At si mavis, inter subjectum imaginis Dei, & Deum, cuius imaginis Subjectum anima principaliter est, esse debet proportionio. Unde pro nostra thesi hoc esto Confectarium: *Quod fuit & adhuc esse potest Subjectum adequatum perfectæ Sapientiæ, Justitiae, omniumq; cognoscibilium cognitionis, quæ res, ut sunt, attingit, quodq; Dei, rerumq; à conditionibus individualibus per abstractionem liberatarum contemplatione quam maxime gaudet; Spiritus est.* Quum non minus, quam sonum videri, aut colorem audiri, animam rationalem & quodvis Ens spirituale à potentia materiali percipi repugnet. Hæc siquidem prædicata à materiæ sejunctissima sunt, quæ Subjectum ex materiæ conflatum habere non omnino possunt. *Vid. Thomas, Svarez, Francisc. de Oviedo, Murcia, aliiq;.*

O. 16. *Dicis: Quare non? Deus enim materiam ita elevare potest super virtutem alias communem, ut idoneum sit spiritualium proprietatum receptaculum.* Sic *Burserus*, unde *lib. 3. Introduct. ad Scient. Natural. cap. 2.* Animam ut sic dividit in plantalem, bellunam & Humanam, non ut Genus in species sibi invicem oppositas, sed in certos potius velut gradus ratione nobilitatis & subtilitatis seu (ut vulgo loquuntur) ratione majoris aut minoris elevationis. Et paulò post de hominis anima hæc subnectit: *Hominis denique functiones principiores altissimè elevantur, & per species subtilissimas occupantur circa res divinas & sublimes, modo quodam excellentissimo, & penè spirituali.* Resp. *Elevatio omnis, quantum ad præsens, vel terminatur in materiæ, vel supra materiam extenditur.* Quæ in materiæ terminatur, ad materiam tantum referri potest, ut pote per quam illa eminentior redditur ad recipiendas proprietates excellentiores, quam ante hanc elevationem habuit, manendo in eodem genere, materialium scil. Sic inveteratorum mortuorum corpora quæ *Aristot. lib. 4. Meteorolog. cap. 12.* subito cinis fiunt in sepulchris vel cinis ipse, in quem resoluta illa corpora sunt, per potentiam Dei olim elevabitur, ut illud ipsum corpus esse possit, quod ante corru-